UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Calepinus Ad librum

Calepino, Ambrogio

Venetijs, 1509

F ante L

urn:nbn:de:hbz:466:1-97861

Visual Library

φύω φυσῶ ἐστὶ τοῦ μελλοντος καὶ πέφυκα ἐντο παρακείμενον. Et infinitiuo fire hꝫ. ſm rectã declinationem: qđ patet per eius cõpoſita. Confire ⁊ Suffire. licet ⁊ cõfieri dicatur. Uirg. lib. iiij. Cõfieri poſſit paucis aduerte docebo. Que duo ⁊ ſi a verbo paſſiuã ſignificationẽ habẽte deſcendant: actionẽ tñ denotant. Uirg. At ſuffire thymo ceraſꝙ recidere inanes quis dubitet. Confio tñ in paſſiua ſignificatione reperit̃ pro conficior: vt apud Macro. Oportet diẽ qui ex quadrantibus confit intercalare. i. conficit̃. Col. lib. ij. Tria ſtercoris gña ſunt precipua qđ ex auibus: quod ex hoĩbus: qđ ex pecudibus. Confit. Defit. de quo alibi. Exfio. infit incipit. Habet enim ſignificationẽ actiuã. Liu. lib. j. Tum ita Tullus infit. Antiqui tñ fior dixerunt. vñ cato cẽſorinus de Lucio inq̃t. Greco ritu fiebant ſaturnalia. Cuius infinitiuus eſt. Firi. ꝓ quo Priſ. docet interpoſita e dicimus de vſu fieri. Conſtruitur mõ cum abltõ: vt hoc factuꝫ eſt a te: mõ cum noĩatiuo: vt ille fit doctus. Ponitur quandoqꝫ pro eſtimor. Ci. in Lel. Tertius vo ille finis teterrimus vt quanti quiſqꝫ ſeipſe faciat: tanti fiat ab amicis. Quãdoqꝫ pro appareo ⁊ innoteſco. Apls ad ro. Ut fiat ſupra modum peccans peccatuꝫ per mandatum. Et illud fiat deus verax. i. appareat innoteſcat. In tertia perſona quandoqꝫ pro euenit contingit. Ideꝫ lib. j. offi. Fit autem interdum: vt nõnulli omiſſa imitatione maiorum ſuum quoddam inſtitutum conſequantur. Fieri põt: poſſibile eſt: ab oratoribus vſurpatur. Habet fio ea cõpoſita que facio: vt calefio: frigefio ⁊c̃.

Firmus: ſtabilis ꝯſtans a ferendo dictus ꝙ cõſtanter oĩa ferat. Hinc firmitas que ⁊ firmitudo dr̃ pro ſtabilitate ⁊ conſtantia. Plau. Si iſtam firmitudineꝫ animi obtines ſalui ſumus. Itẽ firmus dr̃ munitus fortificatus. Ci. Firmus ab equitatu: qđ eſt munitus ab equitibus: firmus per equites. Et eſt ornatus dicendi modus: vt Cicero fuit clarus ab eloquẽtia. Huius contrarium eſt infirmus. i. debilis.

Firmo. as. ſtabilio fortifico. Liu. Firmatqꝫ eum aphricis maxime preſidijs. Lac. lib. iiij. Supereſt vt verbis facta firment̃. Huius cõpoſita ſunt. Affirmo. Cõfirmo pro approbo roboro. Lac. lib. iiij. Debet ergo doctor ille perfectus ⁊ docere iſta precipiendo ⁊ ꝯfirmare faciendo. Et pro certifico Cice. Treba. balbus mihi confirmauit te diuitẽ futuruꝫ. Infirmo non firmo: ſiue deficere cadereue facio. Lac. lib. v. Ubi autem religionis eius contra quã perorabat infirmare voluit rationem. Refirmo rurſus firmo. Offirmo de quo infra.

Firmamentũ. ſoliditas ⁊ ſtabilimẽtũ. Ci. li. j. ad herẽ. Nã in ea nec ratio q̃re fecerit querit̃: nec firmamentũ querit̃: qm̃ nõ ſubeſt ratio: vñ firmamẽtũ dictũ eſt. Celũ a firmitate. Aug. Hoc ſane nouerint nec nomen firmamẽti cogere vt ſtare celum putemus. Firmamentũ eñi non ꝑpter ſtationeꝫ ſed ꝑꝑ firmitatẽ: aut ꝑpter intranſgreſſibilẽ terminuꝫ ſuperiorum ⁊ inferiorum aquarũ vocatum intelligere licet.

Fiſci: fiſcine ⁊ fiſcelle ſunt vaſa ad maiores ſũme pecunias capiendas q̃ꝫ marſupia. vñ qr maior ſũma eſt pecunie publice q̃ꝫ priuate. Dicit̃ fiſcus pecunia publica. Proprie tñ apud idoneos auctores. Fiſcus principis dr̃: erarium vo publicũ. Ply. ad Traia. At fortaſſe non eadẽ ſeueritate fiſcum q̃ꝫ erariũ cohibes: ĩmo tanto maiore quãto plus tibi licere de tuo q̃ꝫ de publico credis. Iuriſcõſulti ſcribunt res fiſcales quaſi ꝓprie ⁊ priuate principis ſunt. Inde confiſcari ſolet dici in publicũ ius erarij redigere. Sue. in Aug. Deuictiſqꝫ bis ⁊ cõfiſcatis promiſſa veteranis premia ſoluerentur.

Fiſcale: quod ad fiſcũ pertinet: vt ius fiſcale: fiſcalis cauſa.

Fiſcina. pe. cor. a fiſcus preter regulam alioꝝ a primitiuis habẽtibus. c. deſcendentiũ: vt Mancus mancinus. Eſt autẽ Fiſcina genus vaſis pro capiẽda maioris ſũme pecunia. Unde Aſco. Sporte ſportule ⁊ ſportelle nũmorũ ſunt receptacula. Et ſacci ſacculi ⁊ ſacelli crumene mãtice ⁊ marſupia. Ita fiſci fiſcine fiſcelle. Fit aũt pleruncqꝫ ex iunco ꝙ alij caniſtrũ alij Calathũ dicunt. Uirg. Et facilis rubra cõtexitur fiſcina virga. dicta eſt Faſcina: vt inq̃t Uar. a ferẽdo. Ea nãqꝫ ferũtur palee: fenum: frondes ⁊ id genus reliqua. Ouid. Uñ data eſt egre Fiſcina frondis oui. et Ply. Frondarias fiſcinas quattuor implere frondatorem iuſtum eſſe autumat. Fiſcina item olei factores vtuntur: vt idem. lib. xv. oſtendit. Huius diminutiua ſunt fiſcella ⁊ fiſcinula.

Fiſcella vas vimineũ aut ex iuncis quo lac colat̃ dũ caſeus imprimit̃ vel in quo caſei ferunt̃. Hier. ad Ruſti. vel Fiſcellaꝫ texe iunco vel caniſtrũ plecte viminibus. Tibul. Tũc fiſcella leui detexta ẽ vimine iunci raraqꝫ ꝑ nexus eſt via facta ſero. Fiſcella etiã e viminibus funiculiſue cõtexta: dr̃ qua boum ora fauceſqꝫ iumentoꝝ capiſtrant̃. Ply. lib. xviij. fiſcellis capiſtrari boues oportet ne germinum tenera decerpant.

Fiſcelus ab antiquis dicebatur caſei mollis appetitor. Quo nomine etiã dictus eſt mons in italia non lõge a Tyberij.

Fiſon. fluuius quem noſtri Gangen vocant de paradiſo exiens. vide Phiſon.

Fiſſibile qđ fiſſum ẽ: vt fiſſibilis arbor. Ply. li. xvj. Milleqꝫ fiſſibile rimis hoc lignũ. Qñqꝫ dr̃ fiſſile pe. cor. qr findit̃ q̃ſi fiſſibile. Idẽ paulo ante. Hec maxime fiſſilia alia frãgi celeriora q̃ꝫ findi. Uirg. Nã primi cuneis ſcindebant fiſſile lignuꝫ.

Fiſtula ꝓprie dr̃ per quã aqua educitur fuſa a fundẽdo ſiue ferẽdo ſicut Tubi a tumore ⁊ cãnales a canna: ꝙ ad eaꝝ ſilitudinẽ facti ſunt ego tñ grecum puto φυσάω inflo ſituꝫ dicunt vulgo. Hiero. lib. ij. Re. Tetigiſſet domatũ fiſtulas. A cuius ſilitudine inſtrumentũ muſicũ quo flatu canitur. Cuius pan dr̃ inuẽtor fuiſſe Uirg. Septẽ cõpacta cicutis fiſtula: ⁊ vlcus altũ anguſtũ ⁊ calloſum in corpore fiſtule nomen ſortit̃ ſiue ex vulnere ſit: ſiue ex vitio orto qđ ad ſuppurationẽ venerit. Et fiſtula in hoĩe per quã ſpirat̃: ſeu cibus deijcit̃. Nã duas eſſe fiſtulas ſcribit. Lac. li. de opi. hoĩs ſpiritalẽ. ſ. ⁊ cibalẽ illa ſpũm meare: hac cibũ potũqꝫ deſcendere. Et he a faucibus incipiũt. Spiritalẽ. Cor. aſperã arteriaꝫ noĩat. Sed alia alij eſt ſuperpoſita. Nã interior gula vocat̃: que a Celſo ſtomachus nuncupat̃: qr ſtomacho connectit̃: ⁊ per quã cibus demittit̃. Exterior verior. Epigloſſis dr̃. Que operculum hꝫ carthilaginoſum: qđ claudit foramen cum cibus vorat̃ hoc ſubliguium: ſiue lingua minor appellatur. Rurſus. Fiſtula arbor aromatica ſed parua que ⁊ caſia dr̃ que pro ſui breuitate a quibuſdã inter herbas odoriferas numeratur ⁊ ad curandas viſcerum moleſtias valet.

Fiſtulator: accipitur pro tibicine: vt eſt apud Gellium.

Fiſſulo. as. Fiſſulam ago ⁊ in modum ſpõgie q̃cq̃ꝫ facio. Ply. Et punicis fiſtulans vice.

Fiſtuloſus. a. um. qđ eſt ſpõgie mõ factũ hoc eſt foraminibꝰ plenũ. Col. lib. viij. de Caſeo. Deinde quo tenerior permaneat: clauſo neqꝫ vẽtis obnoxio loco ſtipat̃ per cõplura tabulata. Sic neqꝫ fiſtuloſus: neqꝫ ſalſus: neqꝫ aridus prouenit. Quorũ vitioꝝ primũ ſolet accidere ſi parum preſſus. Scđm ſi nimio ſale imbutus: inertium ſi ſole exuſtus eſt.

F ante L

Flabrum. q̃ſi flatio. a flo. as. Proper. Neqꝫ hic boree flabra: neqꝫ arma timet. i. flantes vẽtos. Uirg. Nec flabra nec imbres verũ. Ser. putat tantũ flabra numero plurali dici.

Flabellũ: diminutiuũ a flabro: ⁊ accipit̃ ꝓ inſtrõ quo fit ventilatio per eſtatẽ ad refrigerandũ corpus. Ter. Heus tu dore cape hoc flabellũ ⁊ ventulũ huic ita facito dum lauamur. Oui. de arte. Profuit ⁊ tenui ventos mouiſſe flabello.

Flaces oliuarum purgamenta. Ply. In amurca ⁊ flacibus he ſunt carnes ⁊ ille feces.

Flaccum dicitur tritum. Et flacco habere: quaſi ad terendum habere. Plau. perij flacco habebit iam illic homo lũbos meos. Hinc fit deflacco. as.

Flaccidus. a. um. a flaccis dr̃ qđ eſt languidum: vñ flaccidi ſiue flacci dñr: quoꝝ aures pendule ⁊ nõ arrecte ſunt. Col. li. viij. Caper flaccidis ⁊ ꝑgrauãtibus auribus exiguo capite habetur optimus. Hinc cognomẽ familie romane dictum eſt: vt flacci appellent̃: qui aures deorſum pendentes habent.

Flacceo. es. cui. lãgueo. Hier. ĩ Eſaia. Et erũt irrigua eiꝰ flaccentia: a quo flacceſco: languidus fio. Col. li. iij. Paucis deinde

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

horis dum flacceſcat in ſole habeto: deinde in vmbra aſſiccatos ꝛ ita condito. Compoſitū eſt cōflacceo a quo vſus eſt. Gel. lib. j. pro detumeſco. Nam fluctus inq̄t qui flante aquilone maximi ꝛ crebriſſimi excitantur ſimul ac vētus poſuit ſternuntur ꝛ conflaceſcunt ꝛ mox fluctus eſſe deſinunt.

Flagella diminutiuū a flagris: ſūme arbor partes: ꝛ virge ſiue capita minorū ſarmentorū vbi naſcitur vua. ꝙ caro his percuſſa flagret: q̄uis aliqui a flando potius dici velint ꝙ ventorū crebros ſuſtineat flatus. Col. li. v. At certe in ordinarijs vicib᷒ vtiq̄ obtinēdū eſt ne plurib᷒ flagellis emancient̄ niſi ſi ꝑpaginib᷒ futuris ꝓſpiciem᷒. Uar. li. j. de re ruſ. Emucidū ſarmētū ꝓp īfirmitatē ſterile neq̄ ex ſe pōt eijcere vitā quā vocāt minorē flagellū: maiorē ēt vnde vue naſcunt̄ palmā priore littera mutata in. d. dalma a venti flatu dicta.

Flagello. as. quaſi flagello cedo. Sicut verbero a verbere: ꝛ fuſtigo a fuſte. Et flagellare increpare eſt atq̄ perſonare.

Flagro. as. ardeo a flāma vel a flatu quo aliter: īcēdiū q̄nq̄ flatu excitat̄ ignis. Uir. Flagrātiſq̄ dei vultū. Transfert̄ q̄nq̄ ad deſideriū amoris: odij: ire: v̄tutis aut vitij. Lact. li. j. Quid apollo pr̄ ei᷒ nōne ob amorē quo flagrabat turpiſſime gregē pauit alienū. Et li. vij. Qui auaritia īopū īexplicabili q̄dā ſiti flagrāt. Liu. li. ij. Ciuitas ſecū ipſa diſcors īteſtino īter patres plebēq̄ flagrabat odio. Huius cōpoſita ſūt. Cōflagro: qḋ eſt totū ſimul flagro. Lac. li. iij. Capitoliū non ſemel ſ; ſepius fulmine ictum conflagrauit. Deflagro de quo ſupra.

Flagratores dicebant̄ illi: q̄ mercede flagri cedi ſe pertimebāt

Flagriōes dicūt ſūt ſui ꝙ flagris ſubiecti ſint vt v̄berones a v̄bē

Flagitiū. eſt vitiū flagitatiōe. i. reprehēſiōe dignū. Nā flagitatio ad ſtrepitū d̄r. Flāma enī flagella: ꝛ flagitare. i. ꝑſonare dici ītelligimus q̄m ſine ſonitu non ſunt. Et eſt flagitiū gn̄ale ad oīa mala. Ci. i Cato. Stupra v̄o ꝛ adulteria ꝛ oē tale flagitiū nullis alijs illecebris excitari niſi voluptatibus. Aliq̄n ſiḡt errorē. eſt vtpote rem vel flagris ꝛ vel increpatione dignā. Cic. Tantā ne obliuionē inquit inſcripto preſertim vt ne legens quidem ſenſerit quantū flagitij admiſiſſet.

Flagitioſus. ſceleratus. Sal. In tanta tāq̄ corrupta ciuitate id quod factu facillimū erat oīum flagitioſorū atq̄ facinoroſorum circum ſe tanq̄ ſtipatorum cateruas habebat.

Flagito. as. a flāma deductū videt̄ vt ſit q̄ſi flāmas agito: flagitare enī ꝓprie eſt vehemēter cū inſtātia clamore ac ſtrepitu poſcere cū flagella flāma ſine ſonitu crepituq̄ nō ſint vt docet Donatus in eu. Ter. Lac. li. iiij. Succlamare ceperunt: et crucē eius violētis vocibus flagitare. Hier. in ꝓlo. paral. Deniq̄ cū a me nuꝑ flagitaſſetis vt vobis paralypomenon latino ſermone trāſferrē. H; hoc verbū in ſe maiorē vim q̄ poſtulo. Et q̄nq̄ actō tm̄ iungit̄: vt ꝓ Quintio. q̄q̄ hoc cā poſtulat: ꝛ ſi poſtulat: nō tm̄ flagitat: q̄nq̄ h; actm̄ cū abltō mediante prepoſitione. Ceſar cō. i. interim cotidie Ceſar ab heduis frumentū qḋ eſſent polliciti flagitat: q̄nq̄ ꝯſtruit̄ cum duobus actis: vt apud Sue. in Uitel. Tū fenerator ꝛ ſtipulator publicanorūq̄ qui vnq̄ ſe aut rome debitū: aut ī via portoriū flagitaſſent vix vlli pepercit. Huius compoſita ſūt Conflagito. Ply. lib. xxx. Tanta populi romani contumacia fuit: vt magnis theatri clamoribus reponi apoximenon conflagitauerit. Efflagito de quo ſupra.

Flāma. a greco φλεγο φλεξω ardeo. Inde flāmifer. Ponit̄ interdū metaphorice flāma ꝓ periculo. Cic. li. ij. tuſ. Quid de cupiditate honor loquar. Que flāma eſt per quā nō cucurrerint hi qui hec olim punctis ſingulis colligebāt. Idem in Bruto dixit Galbā eripuiſſe ſeſe de flāma iudicij: cū ſignificare vellet eū liberatū eſſe a periculo iudicialis dānationis. Ter. in eu. Ex flāma te petere cibū poſſe arbitror. Deſumo tēdere ad flāmā: ſignificat ire in periculum.

Flāmeus. a. um. Col. lib. vj. Quedā partes eius regionis ſic infeſtantur euro quē incole vulturnū appellāt: ꝛ niſi vites tegminibus opacentur velut halitu flammeo fructus vratur.

Flāmiuomus. a. um. pe. cor. quod flāmas vomit.

Flameū gn̄s veli rubri ſeu crocei qḋ geſtabat̄ a mulierib᷒ nupnuptis ſic dictū ꝙ eo aſſidue vtebatur flaminica. i. flaminis vxor cui nō licebat facere diuortiū. Et eodē mō tegebat̄ nupta flameo vt ꝑpetuo cū viro maneret. Luc. de Martia iterꝝ nubēte catoni. Lutea demiſſos velarūt flamea vultus. Hui᷒ diminutiuū ē flameolū. Iuue. Sedet illa parato flameolo.

Flamineum tegmen quo matrone capita tegebant.

Flaminica: ſacerdotula: ſiue flaminis dialis vxor.

Flaminia flaminis dom᷒ Et flaminia via rome a flaminio dcā

Flamearius. infector flamei coloris viole lutee que flamea appellat̄: que ꝛ leteola a noſtris d̄r ſicut Uiolarius: q̄ violaceo tingit. Hinc Flamea appellabant veſtimenta lutei coloris: q̄bus flaminica vocabatur a quo ꝛ veſtes q̄bus amiciebantur noue nupte: ſimiliter vocabatur flāminice.

Flaminius. ſacrorꝫ preminiſter. Eſt etiā propriū nomē ciuis romani a quo via flāminia: arcus flaminibus ꝛ forū flaminiū.

Flamatica: arbor fulmine icta.

Flamen neu. gn̄e. flatus d̄r: ſiue voci ducta foramina muſicorū iſtrorꝫ. Hor. Cur herecynthie ceſſant flamina tibie. Maſculino āt ſacerdotē ſiḡt. Et flamines cognomē accipiūt ab eo deo cui ſacra faciūt: vt flamen dialis a dio ioue q̄ſi Iouialis Martialis a marte ꝛ Quirinalis a romulo. Aug. li. ij. ci. dei. ſcribit romanos tres tm̄ flamines inſtituiſſe trib᷒ numinib᷒ dialē ioui. Martialē marti. Quirinalē romulo. dicti flamines ſacerdotes a filo quo cinctum caput habebant: vt docet Uar. Seruius ſic h;. Flamines in capite habebant pileū: qḋ cū per eſtus ferre nō poſſent: filo tm̄ capita religare ceperūt. Nā nudis penitus capitibus incedere nefas fuerat: vn̄ a filo quo vtebantur flamines dicti ſunt quaſi filamines.

Flammo. as. flāmā produco. Uirg. lib. iij. geor. Exilit in ſiccū et flāmantia lumina torquens ſeuit agris. Hinc cōponit̄ inflāmo: qḋ eſt valde vel intus flāmo. Ci. Curioni. Non feci inflāmandi tui cauſa ſed teſtificandi amoris mei.

Flāmeſcere eſt flāmā fieri accēdi. Un̄ in hymno dicimus. Flāmeſcat igne charitas: accendat ardor ꝓximos.

Flādria. germanie regio ad littora oceani ſeptētrionalis poſita Uarios h; ꝑplos qui priſco noīe Cimbri dicti ſunt.

Flator. a flatus. vide in dictione Flo. as.

Flauus color ex viridi ruſo ꝛ albo ꝯcretus: hoc eſt fuluo clarior q̄lis eſt color auri. Et attribuit̄ q̄nq̄ melli. Mar. Flaua mella: q̄nq̄ capillis. Ouid. li. ij. fa. Forma placet niueuſq̄ color flauiq̄ capilli. Q̄nq̄ flauis maturis. Uirg. lib. j. ge. Neq̄ illū flaua ceres alto nec quicq̄ ſpectat olympo vbi Ser. Flaua ceres d̄r propter ariſtarum maturitatem. Sic Flauam: fluas frondes olearū dicimus. Uirg. lib. iij. geor. Turbidus ꝛ torquens flauentis hiſter arenas.

Flaueo. es. flaui. fulgeo ꝛ auri colorem reddo: a flāmo ꝙ ſit color non diſſimilis flamme: vel a flando q̄ flata metalla eum colorem habent. Col. lib. ij. Sed equaliter flauētibus iam ſatis anteq̄ ex toto grana indureſcant cum rubicundum colorem traxerunt: meſſis facienda eſt.

Flaueſcere eſt flauum fieri. Uirgil. Molli paulatim flaueſcet campus ariſta.

Flecto. is. xi. xum. inclino voluo duco. Terē. in ecy. Iſtuc eſt ſapere vbicūq̄ opus ſit poſſis aīum flectere. Uirg. lib. ij. ge. Et ipſa flectere luctantis īter vineta iuuencos. Ser. Cū quadā moderatione ducere ne tenera adhuc virgulta cōcutiantur. Huius cōpoſita ſūt circūflecto: circūplico circuo. Uirg. Preſtat trinacrij metas luſtrare pachini ceſſantē longos ꝛ circūflectere curſus. Deflecto de quo ſupra. Inflecto. Aug. li. viij. ci. dei. Socrates primus vniuerſam philoſophiā ad corrigēdos componendoſq̄ mores inflexiſſe memoratur. Reflecto in idem flecto. Offlecto de quo infra.

Flexo. is. xi. xum. eiuſdem ſignificationis eſt cum flecto. Priſci. Anecto tamen nexui: quod tamen etiam necto nexi dicētes ꝛ nexus: vt flexo xi. ꝛ flexus.

Flexile. penultima correpta quod flexum eſt: vt vitis flexilis ꝙ flexa ſit: ꝛ lapſu erratico torquetur.

Flegeton. vide phlegeton quia grecum eſt.

Flegma. vide in phlegma. Suidas. φλεγμα ου λεγεται ϖροτωμ αϖο τροφης: ϖρωτομ γο αϖο τροϖης το

αιμα τοκαὶ φλεγμα πρῶτον του απεπτον εςιδὲ και αλλα απεπτα απο γαρ φλεγματος μεξαβαλλεται οξυς χυμος περι τον ςομει χον εςι νουν ουχ απλως πρωτον αλλα ταυ απεπτων.

Flema: dꝛ cum ex laboꝛe vię ſanguis defluit circa talos.

Fleo.es.eui.etum.cū lachꝛymis plango. Jdeo tm̄ doīum eſt: ſicut rideo. Hinc fletus participiū. Uirg. Hic multū fleti ad ſuperos belloqꝫ caduci.i.nobiles ⁊ cōſpicui quoꝝ moꝛtez magna lamentatio ſequit̄. Fletus ſubſtantiuum. Compoſitum eſt Defleo: quod eſt valde fleo. Ci.li.j.tuſ. Nō exercitu amiſſo nudus in ſeruoꝝ ferrū ⁊ manus incidiſſet: nō liberi defleti: non foꝛtunę omnes a victoꝛibus poſſiderentur: gręcū tamen eſt κλαιω.ω.κλαυσω.

Flebile qđ dignū ē vt fleat̄: a quo flebil'r aduerbiū: cū fletu.

Fligo.is.xi.ctū. affligo quo vſi ſūt antiq̄: vñ ⁊ flictus ꝓ afflictus Siriꝰ galea hoꝛrida flictu aduerſe ardeſcit galeę. Liui. Jpſe ſe in terrā fligit cadens. Cuius cōpoſita ſunt affligo cōfligo īfligo ⁊ pꝛofligo: quę habēt pe.pꝛo. Eſt aūt affligere pꝛopꝛie pꝛoſternere ⁊ in terram extendere. Ply. At canis ille hoꝛrentibus per totū coꝛpus vilis ingenti pꝛimuꝫ latratu intonuit mox in ceruicē aſſultans contraqꝫ bęluam exurgens hinc et illinc artifici dimicatione qua maxime opus eſſet infeſtans atqꝫ euitans donec aſſidua rotaꝝ vertigine afflixit: ad caſuꝫ eius tellure concuſſa. Cęſar. Neqꝫ ſi quo afflictę caſu fuerint erigere ſeſe atqꝫ eleuare poſſunt. Per tranſlationē ponit̄ ꝓ perturbare vexare. Seneca. vt animum varijs curis afflictū oꝛatione lenirem. Hinc afflicto.as. frequentatiuum: de quo ⁊ alijs compoſitis locis ſuis.

Flo.as.aui.atum. ſpiro. Hinc flatus: tus ꝓ ſpiritu: ⁊ flatus ventus qui ⁊ ipſe ſpūs eſt. Et flatoꝛes antiquitus tibicines dicebant̄: ꝙ flando tibias ſonarent. Et flabellū aliqñ flare ſignare eſt: ꝙ ęs ſiue aurū ſiue argentū flando hoc eſt flatu calefaciendo ſignet̄. Hinc flatū ęs: ⁊ flata pecunia dꝛ. Eius cōpoſita ſūt afflo qđ eſt aliqđ ſpiro. Ci.in Cato. Cū admiraret̄ lyſander ⁊ pꝛoceritates arboꝛū ⁊ directos in quincuncē oꝛdines: ⁊ humū ſubactā atqꝫ puram ⁊ ſuauitatē odoꝛum qui afflarent̄ e floꝛibus. Et in hymno. Jmpleta gaudēt viſcera afflata ſancto ſpū. Per tranſlationē. Lac.lib.vij. Non vidiſſe nec cōpꝛęndiſſe philoſophos veritatē ſed ita leuiter odoꝛatos: vt tm̄ vnde eos odoꝛ ille ſapientię tam ſuauis tam iucundus afflauerit: nullo modo ſenſerit.i. attigerit vel aſpexerit. Uirg. Nāqꝫ ipſa decorā Cęſariē nato genitrix lumēqꝫ iuuētę purpureū ⁊ letos oculis efflarat honoꝛes.i. flando dederat. Difflo. flatu diſpergo: diſturbo. Plau. Cuius tu legiōes difflauiſti ſpiritu. Lucil.xxvj. Pars difflatur vento: pars āt obꝛigeſcit frigoꝛe. Deflo: deoꝛſum vl' valde flo. Uar. Uas fictile eo ꝙ eſt leuiſſimū ac ſūmū deflatū vt traijciāt in alia vaſa. Jnflo Turgefacio q̄les ſunt vtres vento diſtenti. Trāſferunturqꝫ ad aīum. Lac.lib.vj. Si efferat̄ ira ſuperbia tumidus inflet̄. Tractuꝫ a folle qui flatu turgeſcit. Hinc inflare ꝓ pulſare: ſiue tibia canere. Uirgil.tuſ. Calamos inflare leues ego dicere verſus. Perflo valde flo: ſiue multum cōmoueo. Jdē. Et terras turbine perflant. Reflo retro vel ꝯ ſpiro. Ci.li.j.tuſ. Si nautē reflantibus vētis reijciemur tu eodeꝫ paulo tardius referamus neceſſe eſt. Jdē lib.ij.of. Nā cum ꝓſpero flatu eius vtimur ad exitus ꝓuehimur optatos: ⁊ cū reflauerit affligimur. Sufflo ſubtus ſpiro: ſiue ſuperflo ⁊ turgefacio. Nonius. Sufflatum dꝛ tumidū ⁊ quaſi vento quodā latius factū. Et ſufflare flatū facere. Augu.lib.xij.ci.dei. Quid eſt aliud ſufflare q̄ꝫ flatum facere. Jdem paulo ante. Et cum virum terreno foꝛmaſſet ex puluere eiqꝫ aīam ſufflando indiſſet ſiue potius ſufflando feciſſet. Conflo ⁊ efflo alibi. A ſufflo ēt fiunt duo compoſita. Jnſufflo ⁊ exufflo.

Floces. vini vuaꝝ purgamēta hoc ē vinacei ſicut flaces oliuaꝝ fex a vinatijs exꝓſſa. Cęc. Aedepol ego neqꝫ floꝛē: neqꝫ floces volo mihi vinū volo: Hel. Appludā edidit: ⁊ floces bibit.

Floci: lanaꝝ particulę diuiſę a velleribus inutil'r euolantes: ⁊ ꝑ diminutionē flocculi. Uar. Diligētioꝛes tegeticulis ſubiectis oues tondere ſolēt ne q̄ floci intereant. Ply. Naſcunt̄ in roboꝛe pilulę nucibus nō abſimiles ītus habētes floculos molles lucernarū luminibus aptos. Nā ⁊ ſine oleo flagrant.

Flocifacio: ⁊ Flocipendo a floco pꝛo contēto: ⁊ in nulla ęſtimatione habeo. Plau. in epiſto. Dum tibi. Ego placeam atqꝫ obſequar meum tergum flocifacio.

Floꝛa: dea quędam a romanis in honoꝛe habita.

Floꝛalia: eius deę ludi ſeu feſta. Floꝛalia etiam dicūtur loca in quibus ſunt floꝛes. Uar.lib.j. de re ruſ. Nec minus ea diſcriminanda in conſerūdo quę ſunt fructuoſa pꝛopter voluptatem: vt quę pomaria ac floꝛalia appellantur.

Floꝛes dicti ſunt qui ex arboꝛibus vel hęrbis colliguntur. Cuius diminutiuum floſculi.

Floꝛes.a.um. quod eſt totum ex floꝛibus.

Floꝛidus.a.um. quod floꝛibus abundat. Tibul. Cum poſti floꝛida ſerta darem.

Floꝛeo.es.rui. Floꝛere: eſt floꝛidū ſeu floꝛes habere. Ci.li.j.tuſ. Segetes largiri fruges floꝛere oīa fontes ſcatere. Per trāſlationē Floꝛere eſt ſplendere aut in aliq̄ pꝛoſperitate eſſe ſiue excellere. Ci.in Lel. Magnāqꝫ gręciam quę nunc quidē deſolata eſt: tū floꝛebat inſtitutis ⁊ pꝛęceptis. Lact.lib.v. Jniuſti ac deū neſcientes ⁊ diuitijs ⁊ potentia ⁊ honoꝛibus floꝛent. Hier. Aliū iuuenili ętate floꝛenteꝫ in amęniſſimos hoꝛtulos pꝛęcepit adduci. Huius cōpoſita defloꝛeo. Effloꝛeo: de q̄bus alibi: ⁊ Refloꝛeo qđ eſt rurſus floꝛeo. Eſt ⁊ Floꝛo.as. vnde ⁊ pꝛęfloꝛo. Hel. Et expectatio te ſpei ſuſpenſuꝫ fatigabit ⁊ futuri gaudij fructum ſpes tibi iam pręfloꝛauerit.

Floꝛeſcere eſt floꝛidū fieri. Col.lib.v. Uentiqꝫ nebulam ⁊ roꝛē peſtiferū celeriter aſſiccat: multumqꝫ ad floꝛeſcendum: ⁊ ad bonitatē vini conferūt. Uar.lib.j. de re ruſ. pꝛatum aqua defendi debet anteq̄ꝫ floꝛeſcere incipiat.

Floꝛidare idem qđ floꝛere: vñ pꝛata floꝛidantia dicunt̄.

Fluo.is.xi.xum. ꝓpꝛie decurro. Uirg.lib.j.geoꝛ. Hęc argenti riuos ęriſqꝫ metalla oſtendit venis atqꝫ auro plurima fluxit. Qm̄ vo ea q̄ fluunt latius diffundi vident̄ fluere qñqꝫ capit̄ ꝓ latius atqꝫ vberius excreſcere. Jdē li.ij.ge. Tū dura deniqꝫ exerce īperia ⁊ ramos cōpeſce fluētes. Rurſus q̄ decurrūt quodāmō minui vident̄. Fluere pꝛo deficere ſumit̄. Jdeꝫ. Ex illo fluere ac retro ſublapſa referi ſpes danaū: hinc fluxa dicimus quę īſtabilia ac momētanea ſūt ⁊ cito peritura. Et fluere ꝓcedere naſci. Lac.lib.ij. Ab hac gente ꝓrimi q̄qꝫ ꝓpli multitudine increſcēte fluxerūt. Jtem tranſire. Hiero. Jam altera fluxerat dies. Huius cōpoſita ſūt. Affluo. Cōfluo. Defluo: de q̄bus ſupꝛa. Circūfluo: de quo Ci.in Lel. per trāſlationem dixit. Et circūfluere oībus copijs atqꝫ in omni rerū abūdantia viuere ꝓpꝛie. Ply. Jd oppidū circūfluit amnis. Aliqñ ſigt̄ cōcurrere. Jdem poſtq̄ꝫ varię vndiqꝫ gentes circūfluxere: hinc circūfluxus pꝛo ꝯcurſu: ⁊ circūfluxus q̄ circūfluit. Diffluo varie fluo. Lac.lib.vij. Nam ſi terrenū ⁊ fragile coꝛpus poſt ſeceſſum aīe non ſtatim defluit in terram q̄ tabeſcit ex qua illi oꝛigo eſt: per trāſlationē luxurioꝛ pꝛodigus ſum. Jtem ꝯſumoꝛ ac deficio. Terē. in heau. vt illius animū qui nūc luxuria ⁊ laſciuia diffluit retūdam ⁊ redigā. Jnfluo intus fluo. Col.lib.j. Sed ampla ſtabula ſic oꝛdinent̄: ne q̄s humoꝛ influere poſſit. Cęſar. A lacu lemano: q̄ in flumē rhodanū influit. Ci.in Lel. per tranſlatiouē dixit. Quibus blādicijs. C. papirius cōſul nuper influebat in aures.i. facile ītroibat vel ꝑſonabat. Jnterfluo in medio fluo. Perfluo ⁊ Trāſfluo per mediū fluo: ſpargo non ꝯtineo. Terē. plenus rimaꝝ ſum huc atqꝫ illuc ꝑfluo. Pꝛofluo de quo alibi. Pręfluo āñ fluo. vñ pręfluxus ⁊ pręfluuiū pꝛo fluoꝛe alicuius rei ante facto: pręterfluo vltra vel ante fluo. Liui.li.j. Jnfima valle pręterfluit tybꝛis. Quintil. per tranſlationē li.xj. Oīs diſciplina memoꝛia conſtat: fruſtraqꝫ docemur ſi q̄cquid audimus pręterfluat. Refluo retro ſiue rurſus fluo. vñ fluxus ⁊ refluxus. Superfluo ſuperabundo a quo ſuperfluus.a.um. Col.li.iiij per medullaꝫ tranſmittit quicq̄d aquaꝝ cęleſtiū ſuperfluxit. Superfluo inferius fluo.

Fluito.as.pe.coꝛ. frequentatiuū ſigt̄ ſępe ſiue ꝯtinue fluo. Liui. lib.j. Tenet fama cū fluitatem in expoſiti erant pueri tenuis

in ſicco aqua deſtituiſſet. Et fluitare eſt ſupnatare. Ply. Oēs piſces cum ſunt extincti fluitant exceptis anguillis. Aliquando fluitare eſt ſolui ac relaxari.

Fluus.a.um. quaſi fluens: ſed in compoſitione magis in vſu vt mellifluus quaſi fluens mel.

Fluidus.a.um.pe.cor. mō fluentē: mō humectum ſigt.

Fluor fluxus: ⁊ fluxio idem ſignificant.i.profluuiū. Aug.li.vij. ci.dei. Sȝ ibi eſt dea Mena q̄ mēſtruis fluoribus pręeſt.

Flueſcere eſt fluidum fieri: reſolui. Aug.lib.xxj.ci.dei. Agrigentinum Sicilię ſalem perhibent cum fuerit ad motus igni vł vt in aqua flueſcere.

Fluxus.a.um. qȯ eſt īſtabile momentaneū ⁊ cito periturū. Vñ fluxę res dñr. Virg. Nos tibi ne fluxas phrygię res vertere fundo conamur. Sal. Nā diuitiar ⁊ forma gł'ia fluxa ⁊ fragilis habet̃. Aliqñ capit̃ pro largo ⁊ minime adſtricto. vñ partho℞ veſtimēta fluxa fuiſſe Luca. ſcribit. Illic ⁊ laxas veſtes ⁊ fluxa viro℞ velamenta vides. Et fluxi dñr libidinoſi molles effęminati. Sue. in Tybe. Druſus aī fluxioris: remiſſioris q̄ȝ vitę erat. Cyprianus. Vſqȝ ad hoc venimus vt in cōparatiōe fluxo℞ de ſancto℞ virtutib⁹ diſputemus. Ideȝ fluxuras libidines vocat: ſcribēs caſtitatē eē exarmaturā fluxurarū.

Fluuius. a fluo.is qȯ fluat ſemper. Idem qȯ flumen.

Fluuiale. quod ex fluuio eſt: vt aqua fluuialis.

Fluuiatile pe.co. qȯ in fluuio viuit: vt piſcis fluuiatilis. Fluuiatilis auiſ. Fluuiatilis arena q̄ in fluuijs eſt. Ply. Arenę tria ſunt genera: foſſitia cui quarta pars calci addi debet: fluuiatili aut marinę tertia.

Fluuior.aris.depo. ſumit̃ pro abūdo: vt apud Joſephū.li.xviij Nihil inter eos an diues fluuiat̃: an pauper defraudat̃.

Flumen ſiłr a fluo. ꝓprie eſt aq̄ fluuij decurrens: ⁊ maior eſt q̄ȝ riuus. Et flumina dñr quę perēnia ſūt: ⁊ ꝯtinuę fluūt. Torrētes q̄ ęſtate ſiccant̃. Sȝ qñ hoc nomen gtō iungit̃ capit̃ pro fluxu ſeu curſu. Ply. Ne flumini ei⁹ riui eēt īpedimēto: hinc flumētana porta romę quā tyberijs vrbē intrans in ſiniſtra ripę parte reliq̄t: dicta qȯ tyberis qñqȝ in eam influxerit.

Fluentū: paruū flumē: ſiue decurſus aq̄. Hie.i Joſue Trāſfluēta iordāis. Amb.li.hex. Itaqȝ cū tāta de terris erūpāt maximo℞ fluēta aiuȝ. Nilus effuſo ęgyptū ſtagnās flumine.

Flumineus.a.um. vt aqua fluminea q̄ ex flumine colligit̃.

Fluminoſus.a.um. qȯ fluminib⁹ abūdat: vt regio fluminoſa.

Fluctio. Catarrhus dicitur.

Fluct⁹ a fluo. ⁊ eſt aq̈ mota in vnū collecta q̄ vnda dici ſolet.

Fluctiuagus. qui fluctuando vagatur.

Fluctuoſus. vndoſus ꝓcelloſus inquietus. Et per tranſlationē fluctuans anima dicit̃ quemadmodū ęſtuans cū ira aut curis aut libidine alioue morbo agitatur.

Fluctuare. iactari cōmoueri: in dubio eſſe: ⁊ inſtar nauis fluctibus agitari. Virg.lib.ij.geor. Ac late fluctuat oīs ęre renitenti tellus. Vñ fluctuatus pro iactato. Ply. Delos diu fluctuata vt prodit̃ ſola motū terrion ſenſit. Et lib.ix. fluctuatuſqȝ ſiłis exanimi. proprie uero eſt fluctus.i. vndas facere. Plau. in ru. Ita fluctuare video vehementer mare. Item ſignificat ſup vndas eſſe. Ply.li.xxxvj. Lapidē ⁊ ſcyro inſula integrum fluctuare tradunt eundem cōminutū mergi.

Floſtrum. ſtatum maris cum fluctibus agitatur.

Fluctuatim aduerbium lactanter ſolute. Afra. volo fluctuatim ire ad illum.

Flutę anguillę ſiue murene dicebant̃ in freto ſiculo: q̄ gręce plotę q̄ſi nauigabiles dñr: qȯ in ſūma aq̄ mergi non pñt. Macro. Acceſſebantur muręnę ad piſcinas abuſqȝ freto ſiculo. Ille eni optimę eſſe credunt̃ p̄ſertim quę gręce plotę: latinę flutę dñr: qȯ in ſūmo ſupernatantes ſole torrefactę curuare ſe poſſe ⁊ in aquā mergere deſinūt.

Fluonia. Juno quā mulieres colebant: q̄ȝ ſanguinis fluorem in concepta retinere putabantur.

F ante O

Focus a fouēdo: vel a flāmis dicit̃ id in quo ignis ſeruatur vel ipſa ignis fomēta. Ouid.lib.vj.faſto. At focus a flāmis ⁊ qȯ fouet oīa dictus. Idē thure vacent arꝫſtent ſine igne foci. Tibullus. Dū meus aſſiduo luceat igne focus. Cato de re ruſ. folia ſubdito ī foco calido: ſub teſta coq̄to: leniter: ponit̃ etiā qñqȝ pro priuatis domibus ſicut ara pro templo.

Foculus diminutiuū: q̄ etiā circūfert̃ a teſta teſtulę triuialr̃ nomen adeptus. Gel. Tū illa foculū corāȝ rege cū igni appoſuit ⁊ tres libros ex nouē deurit. Vale.max.li.j. Cū carbaſuȝ quē optimū habebat foculo impoſuiſſet: ſubito ignis emicuit.

Focula dicuntur nutrimenta. Plau. in perſa. Nam iam intus ventris fumant focula.

Foculo.as.pe.cor. putrio ſeu foueo. Nonius. Focula dicta ſūt nutrimenta. vnde ⁊ foculare dicit̃ vt fouere.

Focillus. diminu. eſt a foculus: a quo focillo.

Focillo.as. ⁊ focillor deponens ſignificat nutrio. Var.lib.ij.de vi.pa. Sed ſuum quiqȝ commodū focillantur: hinc componitur Refocillo quod eſt Recreo.

Focarius.a.um. qȯ ad focū pertinet. Hier.lib.j.Reg. Filias veſtras faciet ſibi vnguentarias ⁊ focarias.

Focale.pe.ꝓ. gñs ligaminis ad fauces velut faſcia q̄dam collū ambiēs: q̄ȝ fauces ꝑfringere nō ſineret ⁊ pronūciationi ꝯduceret. Sene.li.iij. q̄ōnū naturaliū. Videbis quoſdā graciles ⁊ palliolo focaliqȝ circūdatos pallētes ⁊ ęgros. Quinti.li.xj. palliolū ſicut faſcias q̄bus crura veſtiunt̃: ⁊ focalia ⁊ ligamina auriū ſola excuſare pōt valitudo. Dictū focale a faucibus au in o mutata. Quidā etiā accipiūt focale pro fero quo ignito criſpant̃ crines. Et ſic habet primā cor. cū a foco deſcēdat Hor. in ſer. faſciolas cubitale focalia: potus vel ille dicitur a collo furtim carpſiſſe coronas.

Focane⁹ palmes dr: q̄ in fauce vitis naſcit̃: vt ē apȯ Columellā li.v. Videt̃ inq̄t focaneus palmes q̄ ſolet in biſurco medius ꝓrepere. Et idcirco eū p̄dicto vocabulo ruſtici appellāt: q̄ȝ inter duo brachia ſua ſe diuidit vitis enatus velut fauces obſidet: at vtriuſqȝ duramē trahens alimenta prorepit. Et lib. vj. focane⁹ ē q̄ īter duo brachia velut ī vna de medio naſcit̃.

Fodio.is. fodi foſſum: cauo aro vt fodere nō valeo: mendicare erubeſco. Virg.lib.vi. ſeu ſpumantis ęq̄ foderet calcaribus armos. Hinc fouea. Et fodere forare. Hier. ad helio. Cerne manus iudeę quas fixeras: cerne latus romanę qȯ foderas. Huius cōpoſita ſūt. Confodio: qȯ eſt Cauo ferio: ſiue in totum foro Plau. in aul. hic apud me ꝯfodere hortū iuſſi. Sal. Inter confertiſſimos incurrit ibiqȝ pugnādo confodit̃. Circūfodio circūcauo. Col.lib.iij. Arborē quā depoſueris ſępi⁹ circumfodito. Defodio vide loco ſuo. Effodio. extra fodio. Plau. in aul. Oculos ego hercle iſtos improba effodiaȝ tibi ne me obſeruare poſſis ſi q̄d rerū geram. Infodio intus fodio aut intus planto pono ſeu ſepelio. Col.lib.iiij. Cāpeſtris locus alte duos pedes infodiendus eſt. Hiero. in geñ. At ille infodit eas ſubter terebynthum. Virg.lib.ij.geor. Ante ſupinatas aquiloni oſtendere glebas q̄ȝ letum infodias vitis genus.i. obruas. Perfodio valde cauo. rumpo ferio perforo. Plau. in aſi. Vbi parietes perfoderis. Col.lib.xj. Tu grauibus raſtris cunctātia perfode terga. Lac.lib.iiij. Sed tñmō latus eius perfoderūt. Gel.li.ij. Quadringenti oēs tum vna perfoſſi gladijs aut miſſilibus operti cadunt. Perfodio: ante fodio. Ply.lib.xvij. Pręfodere ſcrobes ante ſi fieri poſſet tanto donec pingui ceſpite obducantur. Refodio rurſus fodio. Ply. mus marinus. in terras ſcrobe effoſſa parit oua: ⁊ rurſus obruit terra: triceſimo die refoſſa aperit: fętumqȝ in aquā ducit. Suffodio ſubter cauo. Col.lib.ij. Neqȝ ſuem velimus impaſci quoniam roſtro ſuffodiat ⁊ ceſpites excitet. Trāſfodio trāſ. ſiue vltra ab vno latere ad aliud fodio. Oui. Gemino tranſfodis vulnere pectus. Et hę omnia habent fo ſyllabam correptam.

Fodico.as.pe.cor. idē qȯ fodio. Ci.lib.iij.tuſ. Nō eſt eni in poteſtate fodicantibus eis rebus quas malas opinamur diſſimulatio vel obliuio. Hor. Emamus qui fodicet latus.

Fodina.pe.pro. locus vbi quid foditur: aut auri fodina vbi foditur aurum. Ply. Odor ex argenti fodinis inimicus omnibus animalibus: ſed maxime canibus.